



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

248. De sordidatione puerorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ter novellam plantationem Ecclesiæ, ut septem annos agant pœnitentiam, tres primos annos tres dies in hebdomada, id est, feria secunda, & quarta, & sexta, quadraginta dies ante Pascha, viginti ante Missam sancti Iohannis, viginti ante Natale Domini. Quatuor verò reliquos annos, feria quarta & sexta, & quatuordecim noctes ante Missam sancti Iohannis & alias ante Natale Domini. Si se redimere vult, donet unum denarium aut pretium unius denarij pro uno die. Si pauper est, donet dimidium denarii.

De sordidatione puerorum.

CCXLVIII. Pueri se manibus invicem coinquinantes, quadraginta dies pœniteant, maiores verò, centum dies. Pueri se inter femora sordidantes, centum dies pœniteant, maiores tres quadragesimas & legitimas ferias. Parvulus à majore oppressus septem dies pœniteat. Si consenserit, viginti dies. Puer voluntariè se polluens, triginta dies, juvenis verò quadraginta dies pœniteat.

De menstruis abstinendis.

CCXLIX. Qui cum muliere menstruata nupserit, quadraginta dies pœniteat.

Ut suprà.

Si quis cum uxore sua retro nupserit, quadraginta dies pœniteat. Si in terga nupserit, tres annos: quia sodomiticum scelus est. Viri inter femora fornicantes annum unum pœnienteant. Si in terga, tres annos. Si pueri sunt, duos annos pœnienteant.